



Synodus Gangrensis,

EVANGELICÆ PROMVL-
GATIONIS ANNO CIRCITER TRE-
centesimo congregata. Iam tot abiere secula, Seculi præ-
sentis errores, Multasque multorum superstitiones &
impietates condemnans. Explicata commentariolis
Joannis Quintini Hedui, Iuris doctoris, & or-
dinarij professoris, in sæcunda sanctorum
studiorum parente, Parisiorum
Vniuersitate.

EX GRATIANI DISTINCT. XXX.

Sum Francisci Anversij



empsonis Jure



PARISIIS,
Apud Andream Wechelum, sub Pegaso, in
vico Bellouaco: Anno Salutis,
1560.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

yoela Comp. de Jesus de Salamanca de publico



A NNO DO. 1558. postidie eius Dominicæ, quâ suos admonet Ecclesia, 1. Pet. 2.
 Ve quâsmo infantes geniti, rationabiles, & sine dolo, lac concupi-
 scant, 14. Calend. Maij, hoc est, octavo decimo die mensis Aprilis: qui sacer
 est Apollonio, qui fuit apud Romanos τῶν πιστῶν ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ
 βεβημένος, id est, inter Christi fideles & eruditione, & philosophiâ celebris,
 multique nominis, dum Commodus regnaret circiter annum Domini. 190.
 Ille dum causam de religione Romæ dixisset in Senatu, (ὁ δὲ μὲν ἐνὶ συγκα-
 τήκῃς erat) & elegantissimam fidei suæ apologiam exhibuisset, quia senten-
 tiam mutare nollet, Ipsius decreto Senatus, capite truncatus est. Ut scribit
 Eusebius cap. 21. lib. 5. Histo. Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis. θεο-
 φιλέστατος μάρτυς orationibus suis & intercessione nos adiuuet. Hôc (inquâ)
 die, post ferias Paschales ad solitū profitendi munus rediimus: & pro mo-
 re sic exorhi sumus.

H Onorabiles mihi συμπερισβύτῃροι, &
 Auditores Christiani— Studiū, quo
 vos huc agi tam frequentes & con-
 fertim video (priscorum, scilicet, Ec-
 clesiæ Canonum audiendorū gratiâ)
 meum pariter incitat, ut quantum
 valeam (quod minimum est) attamen quantum va-
 leam, his explicandis totum me dedam. Qui Scientia-
 rum Dominus est, IESVS CHRISTVS, hæc verè
 sancta, solâque viris ecclesiasticis digna studia promo-
 ueat. Hôc nostrarum canonicarum praelectionum feli-
 ci (prout opto) principio sic vos esse salutos volo. Iam
 de cæteris.



KANONES TON

ΕΝ ΓΑΓΓΡΑ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ

Ἁγίων πατέρων. οἱ πέντε μὲν τῶν ἐν

Νικαίᾳ συνέδου ἕξ τε Ἰνδου.

CANONES SAN-
CTORVM PATRVVM IN

Gangra congregatorum: qui
post Synodum in Nicæa,
sunt constituti.



Aphlagonia minoris Asiae regio, de qua Pomponius Mela lib. 1. Cuius situm descripsit Ptolemæus cap. 4. libri quinti Geograph. tabula. 1. Asiae. Qui Paphlagoniam, & eius oppida miscet cum Galatia: ut pars videatur fuisse Galatiae. Vna est eorum in Asia, Phrygiâque regionum, quas priscae Gallorum gentes occuparunt de quibus Livijs lib. 8. de bello Macedonico, Plinius cap. vlt. libri quinti. Inde omnes postea vocati fuerunt Galatae & Gallograeci. Legimus in historiis ecclesiasticis occidentales Galatas, & Episcopos Galatiae. τῆς τῶν γαλατίας ἐνομοθετήσεως. Galliae nunc appellatae ait Theodoritus cap. 12. lib. 2. Sunt Orientales Galatae. de quibus hic. Celebres amicitia magnâ Pauli fide similiter in Christum, & religione memorabiles. Apud quos, ante Nicænam vniuersa-